

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CXIV.

CHARTA LUTOLDI, BASILIENSIS EPISCOPI, QUA
PRÆDIA ET CURTES IN CHILCHEIN, MATRA ET EINMU-
TINGIN, CUM JURE PATRONATUS, QUOD ILLIS COHAE-
RET, ALIAQUE BONA, A CONRADO, DECANO BASILIENSI
COEMTA, AD ECCLESIAM CAPITULUMQUE S. PETRI
BASILEÆ PERTINERE DECLARAT.

A N N O M C C X L I.

Ex tabulario S. Petri Basilea.

Lutoldus Dei gratia Basiliensis Episcopus vniuersis Christi fidelibus in
perpetuum. Facilius ab humana elabantur memoria quæ non
scriptorum & Sigillorum testimoniis ad posteros transmittuntur. Noue-
rint ergo uniuersi præsentis & futuri quod Conradus Decanus Sancti Pe-
tri Basiliensis plebanus Sancti Theodori in ulteriori Basilea recognovit
coram nobis quod prædium in *Chilchein* cum appendiciis suis cui appen-
det Jus patronatus Ecclesiæ ejusdem villæ. Item aliud prædium in ea-
dem villa quod emit a Gotesfrido plebano in *Chilchein* & à cognato suo
Johanne qui dicitur Beilar. Item in *Matra* & in *Einmutingin* Curtes
cum appendiciis suis, quibus etiam appendent jura Patronatus ecclesia-
rum dictarum villarum. Item territoria & domos jacentes inter sanctum
Andream & domum quæ dicitur Steinhelre. Item hortos ante portam
Spalee qui fuerunt Chraftonis Lutembacensis thesaurarii. Item aream
in monte Nadilberch quæ fuit Henrici militis de Arguel. Item domum
quandam vndir Salzchaston sitam. non sibi sed ecclesiæ & Capitulo San-

cti Petri Basiliensis emerit & quod eadem non sibi sed ecclesie & capitulo Sancti Petri sunt collata. Recognovit etiam vineam in ulteriori Basilea quae ad ipsum jure proprietatis pertinebat. ecclesie contulisse prelibate. Recognovit insuper quod nullo umquam tempore aliquid de dictis praediis percepit sed si quid recepit vel percepit quod non meminit. hoc non suo sed ut canonicus nomine ecclesie recepit & percepit supranominatae. Licet autem nihil juris in praediis memoratis habuerit tamen ad tollendum omnem dubitationis scrupulum ad amputandam omnem occasionem & materiam litigandi. idem Decanus renunciavit in manibus Hugonis praepositi Sancti Petri Basiliensis omni juri si quid sibi in praefatis praediis competebat vel competere videbatur. In hujus rei testimonium praesentem cartam tam nostro quam ecclesie nostrae Capituli sigillis fecimus consignari. Testes: Henricus praepositus villicus Decanus. Wernerus de Tierstein. Hugo Cantor. Vlricus Cellerarius. Conradus Camerarius. Henricus camerarius, canonici Basilienses. Johannes Custos. Magister Petrus. Petrus de Steina. Henricus praepositi. Lodowicus. Henricus scriptor, Johannes scolasticus canonici Sancti Petri; Hugo Decanus Sancti Johannis. Henricus Succustos. Henricus praebendarius episcopi, Henricus & Henricus de Criptis. Johannes de Sancta Cruce. Hugo Bumann. Johannes de Sancto Vlrico. Otto de Sancto Oswaldo sacerdotes. Petrus scolararius & Otto frater ejus. Hugo Monachus. Albertus de Argentina. Johannes Turchindam milites. et alii quam plures. Actum Basileae. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo primo. Tertio Nonas Nouembris.